

Sanctorum atque probabiliū Patrum doctrinis paria, tamquam Orthodoxa iudicavimus, & ut salubria Sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia suscepimus; & nomen eius inseri sacris diptychis sanctarum Ecclesiarum, iustum esse censuimus. Ibidem de ceteris, quæ in ea Sancta Synodo recitata sunt, Epittolis Cyri, Sergii, Pyrrhi, Petri, Pauli, & Honorii Papæ, iidem Patres hanc protulere sententiam. „ Sanctum Concilium dixit. Secundum „ promissionem, quæ a nobis ad vestram gloriam (*nempe, ad gloriosissimos Iudices,*) facta est, retractantes „ Dogmaticas Epittolas, quæ tamquam a Sergio quondam Patriarcha hujus a Deo conservandæ urbis scriptæ sunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat Episcopus „ Phasidis, quam ad Honorium quondam Papam anti- „ quæ Romæ: similiter autem & Epittolam ab illo, idest, „ Honorio, rescriptam ad eundem Sergium; hæcque in- „ venientes omnino alienas existere ab Apostolicis dog- „ matibus, & a definitionibus Sanctorum Conciliorum, „ & cunctorum probabiliū Patrum; sequi vero falsas „ doctrinas hæreticorum: eas omnimodo abjicimus, & „ tamquam animæ noxias execramur. Quorum autem „ idest, eorundem, impia dogmata, horum & nomina „ a Sancta Dei Ecclesia projici iudicavimus; idest, Ser- „ gii quondam Præsulis hujus a Deo conservandæ regni „ urbis, qui aggressus est de hujusmodi impio dogmate „ conscribere: Cyri Alexandria, Pyrrhi, Petri, & „ Pauli, qui & ipsi Præsulatu functi sunt in Sede hujus „ a Deo conservandæ civitatis, & similia eis senferunt; „ ad hæc & Theodori quondam Episcopi Pharan: qua- „ rum omnium supra-scriptarum personarum mentionem „ fecit Agatho Sanctissimus ac ter beatissimus Papa anti- „ quæ Romæ in suggestionem quam fecit ad piissimum & „ a Deo confirmatum Dominum nostrum & magnum Im- „ peratorem, eosque abjicit, utpote contraria rectæ fi- „ dei nostræ sentientes: quos anathemati submitti desi- „ nimus. Cum his vero simul projici a Sancta Dei Ca- „ tholica Ecclesia simulque anathematizari prædi-